Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



118 110

paões Mors et vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat vivus Dic nobis maria quid vidisti in via Sepulchrum xi viventis gloriam vidi resurgentis Angelicos testes sudarium et vestes Surrexit xpus spes mea precedet suos in galileam Credendum est magis soli marie veraci quam iudeorum turbe fallaci Scimus xpm surrexisse ex mortuis vere tu nobis victor rex miserere Sdm iohanne

In illo tpe. Una sabbati maria magdalena venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad simonem petrum et ad alium discipulum quem amabat ihus: et dixit eis. Tulerunt dominum de monumento: et nescimus ubi posuerit eum. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul et ille alius discipulus precucurrit citius petro et venit primus ad monumentum: et cum se inclinasset vidit posita linteamina: non tamen introivit. Venit ergo simon petrus sequens eum: et introivit in monumentum: et vidit linteamina posita et sudarium quod erat super caput eius. non cum linteaminibus positum: sed separatim involutum in loco unum. Tunc ergo introivit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit et credidit. Nondum enim sciebant scripturas quia oporteret eum a mortuis resurgere Offertorium Credidi quia venit in nomine dni benediximus vos de domo dni deus dns et illuxit nobis alla alla

Concede quis domine semp p hec mysteria paschalia gratulari. ut continua nre redemptionis operatio perpetua nobis fiat causa letitie. Per ipm Te quidem dne Infra actionem Communicantes et diem hanc igitur